



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione  
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Pro quibus mensibus reseruatio sit constituta. §. 2

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](#)

interpretanda. Tum quia non pro omni tempore, sed pro mensibus Apostolicis fatur.

9 Sexus dubitatur de beneficiis nouiter erectis post publicationem supradictae regule, an sub illa comprehendantur? In qua dubitatione Gonzalez gloss. 9. §. 5. plura adducunt in favorem partis negantis, sed illis non obstantibus à n. 45. concludit, & bene, sub reservationem comprehendendi. Quia haec reservatione est per modum legis, & cum lex temporis loquatur. *I. Arrani. C. de Hareticis*, ad beneficium nouiter erectam extenditur. Item, quia referunt omnia beneficia qualitercumque qualificata, & ubique existentia, & quomodolibet vacuitate, quae verba ita sunt amplissima, ut nullus sit locus excipiendi beneficia nouiter erecta. Taceant tamen in reservationibus, gratisque specialibus, quia odiosae sunt, & omnino restigende; beneficia nouiter erecta venire, iuxta textum in elem. fin. de scriptis, ibi. *Littera nostra super conferendo ibi beneficio vacuorum directias, ad beneficium post datum ipsorum crearum statuimus non extendi;* & consenserunt doctores ibi. Dixi ad beneficium nouiter erectum, nam si erectum erat, sed non cum qualitate in scripto apposta tempore data, habuit tamen illam tempore vacationis, ut si data fuit rescriptum ad beneficium curatum primo vacatum, quod beneficium tempore data erat simplex, at tempore vacationis curatum erat, valeret rescriptum, & virtute illius illud obtinere potes. Et idem est si imperatus rescriptum ad beneficium pertinet ad collationem alicuius, & beneficium tempore data non spectabat ad collationem illius, ut tempore vacationis spectat, tibi debetur, ut latius tradit *Gloss. d. clementi. verbo statuimus.*

10 Amplius Gonzalez n. 50. dictam reservationem, ut procedat in prima beneficij erectione, eo quod beneficium cum primo erigitur, vacare censetur, ex dicto sext. in elem. fin. de script. & ibi *Gloss. verbo statuimus.* Bonifac. Vitalin. num. 18. & Cardinal. n. 4. Sed regula Cancelleriae referunt omnia beneficia quomodolibet vacuata alias, quam per resignationem. Ergo haec referunt. Mihil tamen probabilius videatur primam hanc beneficium collationem non referatur Pontifici, sed erigenti beneficium relinquiri. sic Garcia s. part. de benef. cap. 1. num. 120. & videatur approbat *Barbola*, par. allegat. 57. n. 181. Moreor, quia esto in rigore beneficium vacare censetur eo ipso quo erectum sit, arrempit alius sit collatum, ut collatio ita immediata erectionem sequatur, ut vix contingat ab illa disiungi, non computatur haec vacatio in reservatione beneficij vacaturi.

### S. I.

#### Pro quibus mensibus reservatione sit constituta.

- 1 Expenduntur mensis reservationis, & quo tempore incipiant numerari, & finiatur.
- 2 Sed quid si dubium est, quo tempore beneficium vacaverit, neque facta diligentia vincit dubium potest? Pro ordinario est presumendum, si præterit.
- 3 At si non confas quis prætererit, neque nullus prouisus est in possessione. Probabilius etiam est pro ordinario esse presumendum.
- 4 At si Pontificis præterit, affirmant plures sustinendam esse eius prouisum adversus prouisionem ordinarii, maximè si prouisus Apostolicus est in possessione.
- 5 Contrarium est verius.
- 6 Fit satis oppositis argumentis.

**R**eservatio haec supradictorum beneficiorum non est absoluta pro omni tempore, sicuti sunt predicta regulæ antecedentes; sed est pro vacacione contingenti in mensibus Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Novembris: nam vacatio contingens reliquo mensibus ordinario collatorum remittitur. Huiusmodi mensis incipiunt à media nocte praecedentis diei, v. g. à primo pulsi, quo horologium duodecimam horam noctis signavit; quia ibi terminatus dies, & nouus succedit, leg. more Romano, ff. de Ferriis, cap. consiluit. 24. de offic. delegati. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 11. num. 7. Sanchez lib. 2. de mar. disp. 41. num. 40. Garcia s. part. de benef. c. 1. num. 523. & seqq. *Barbola* allegat. 57. n. 182. Gonzalez gloss. 11. num. 10. & ali. Cum plura sunt horologia regulanda est hora iuxta horologium parochie defuncti, vel secundum illud, per quod populus communiter regitur, secula fraude, vel notabilitate horo ogyi coordinatione; & quia tunc ipsi standum non est, cum sit signum fallax. Garcia s. part. de benef. cap. 1. num. 523. & seqq. & *Barbola* supra, approbanque docebam Bobadille in sua polit. lib. 5. cap. 2. num. 15. dicentis (equendum esse horologium proprium), si res de qua agitur facilius digna sit: securus vero si odio sit digna; quamque verisimiliter esse putat Pallador, lib. 3. que. 9. num. 10. quanlo duo tantum extant horologia, securus quando plura sunt; quia tunc existimat adhucendum esse numero pluribus, & communiter certioribus, ut in testibus contingit. Si vero horologium non est in populo, aut deordinatum esse probatur, vel non est auditum, de-

fumoda est media nox tum ex cursu syderum, cum ex iudicio hominum de hoc experientiam habentium, tum ex communione accidentibus: sic Garcia num. 526. *Barbola* num. 187. An vero ex galli canu præsumptio sumatur esse diem inchoatum, non constat inter doctores, cum diu noctu que gallus canat, soleat. Sed quia versus diem frequentius canit; aliquam præsumptionem facit esse diem captum; aliquam inquam præsumptionem non firmam, sed lumen, nisi sit pro sustinenda ordinarii prouisio. Quia tunc prouisionem firmam reddit, dum contrarium aduersarius non probauerit, ut à Rota bis decisum fuisse tradit Gonzalez gloss. 11. num. 16. Garcia n. 526. *Barbola* num. 187.

2 Sed quid si dubium est quo mense beneficium vacaverit, an mense Apostolico, an ordinario, & facta diligentia vincit dubium non potest; eo quod beneficiarii reperiatur mortuus in agro, vel in fluvio, & neciuit que die, aut mense contigit, vel repente manet prima die Ianuarij in lecto mortuus, neferent tamen ad arcem medianam noctem, an post deceperit, cui ergo tunc competet prouisio ad Pontifici, an ordinario?

In hac dubitatione certum est; si de facto ordinarios prius constitutum beneficium, eto illius possessionem non accepit, haec collationem sustinendam esse aduersus prouisionem Apostolicam. Tum quia ordinarius, & ab illo prouisus habet suam intentionem fundatam omnia beneficia sua dicecessis prouidens cap. regula. 10. quist. 1. cap. nullus omnino. 16. quist. 1. cap. frequenter. de institutionibus. cap. conseruante. de officio iuri. alia. Ergo dum non fuit probata reterrationis causa non potest ordinarii saltem æquale ius cum pontifice habere, ad beneficium prouidendum. Ergo si huius æquali iuri addit priectionem, vincere ratione priectionis. Et ita lenienter feret omnes doctores fuisse referendi.

3 Verum si non constat quisham prius prouidit, an ordinarius, an Pontifex, nequeretur sit in possessione, non est difficile quisham sit præferendum. Videatur namque præterendum esse à Pontifice prouisum arg. cap. 5. à sede 31. de præb. iuris. 10. 6. vbi deciditur in ea dubio anterioritas prouisionis Apostolicæ ad ordinariæ. Apostolicam præferandam esse proprieatatem prærogativam. Idemque colligitur ex elem. prima. §. novem. et. licependente.

Nihilominus tenendum est præferendum esse prouisum à ordinario, sic alii relatis docet Gonzalez gloss. 11. num. 37. Ratio est superioris dicta; quia ordinarius habet suam intentionem fundatam à iure communi prævidendi omnia beneficia sua dicecessis, dum reservata non sunt. Ergo in ea dubio in favorem eius iudicandum est; quia semper fauendum est ei, qui pro se habeat iure præsumptionem. Neque aduersus haec doctrinam procedit e. si à sede: loquitur enim, cum sequuntur Pontifici, & ordinario competit prouisio, ipseque Pontifex tanquam ordinarius ordinariorum præveniente illius prouisionem intendit. Secus vero cum solo iure reservationis intendit prouidere; quia rite nullus de reservatione constet, eius prouisio sustinenda non est. Mores etiam obstat elem. 1. vt lice pend. quia tunc constabat de lete, ac pondeo de impedimento, quod Episcopus habebat ad prouidendum. 6. 1. & 2. vt lice pend. Non ergo est mirum, ut prouisio Apostolicæ præferatur, si quidem Pontifex habet intentionem suam fundatam. Secus vero in nostro casu, vbi ex parte ordinarii est iuri præsumptio.

4 Difficultas vero gravis est, an si prouisio Apostolica fuit anterior prouisione ordinarii, & virtute illius prouisus possessionem accepit, defendendus sit aduersus prouisum ordinarii? Affirmat Gonzalez gloss. 11. num. 2. Moutier primo quia ratione possessionis prælatum ius possidentem beneficium habere dominum illius 1. s. quod si vnum, & ibi gloss. vero possidetur. Ergo aduersus haec præsumptionem præterea non potest ordinarii prouisus, dum negariam reservationis clavis non probat. Secundo probatio reservationis non videtur possidere competere, cum ipse non sit actor, sed reus; potius enim competere ei, qui illius à possessione deturbare intendit. Ergo hoo non probante præfessor abolendum est, & in possessione consequendus, argum. leg. qui accusat. Cod. de cendo. & cap. 1. de Ecclesiast. benef. sine diminu. conseruant. Tertio in calo dubio fauendum est prout reo, quam actori; & possessori, quam possessione carenti. §. resindenda. vers. commendam. inst. de interdictione. de probationib. & pluri. exhortat Mascalci. de probat. cond. 1200. per totam.

5 Ceterum mihi contrarium probabilius videatur, affirmo namque prouisum Apostolicum repellendum est à possessione, & prouisum ordinarii admittendum, dum prouisus Apostolicus non probauerit beneficium sedi Apostolice reservatum est. Neque ab hoc probationis onere ob possessionem liberatur. Ratio est: quia prouisum Apostolicum in tantum ius acquirit in beneficium, in quantum beneficium est reservatum; quia solum iure reservationis Pontifex illud prouidere intendit, sed in praesenti calo nullo modo constat de reservatione. Ergo nec constare potest de iure acquisito. Dices, sufficit, quod non constat carere reservatione, ut possit Pontifex, ut reservatum prouidere, & ordinarium dubium de reservatione præsumere. Sed

Sed contra, quia eo ipso, quod de reservatione non constat, non est dubius ordinarius, sed ex eius reservatum non esse, saltem ex presumptione iuris. Tum quia reservatio est odiosa. Tam quia est quid facti. Tum quia ordinario competit beneficiorum fidei cœcessis prouisio, dum non probatur reservatio, ex dicto cap. ex frequentibus, de institutionibus. Ergo nequaquam in dabo Pontifici competit prouisio iure reservationis. Ergo si prouisus, tanquam prouisus, sine vero titulo repellendus est. Et confirmo, cum possit supradictum beneficium prouidet vel illud prouidet ut reservatum, vel ut non reservatum; Ut non reservatum namquam fuit eius animus prouidet; ut reservatum vero prouidere non potest; quia præsum reservationem, debet cognoscere. Ergo si absque tali cognitione prouideret, nulla est eius prouisio, & prouisus nullum ius ex vi illius acquirit, quamcumque possessionem acceptit: sic docet Garcia s. par. de benef. cap. 1. à num. 52.8.

6 Neque virgint fundamenta pro contraria parte adducta. Ad primum admitto ex possessione beneficiorum dominii illius præsumi, dum ignoratur illegitimum titulum esse acquisitum, secus si de illegitimo titulo constaret, ut contingat in praesenti; quando possidens beneficium possidet illud ut ubi datum iure reservationis, cum tamen reservationem non sit, ac proinde iam constat de illegitimo titulo. Non ergo est mirum, quod prouisus ab ordinario, ad eius illam præualeat. Ad secundum nego probationem reservationis non competit sic possidenti: competit namque cum sit fundatum suæ intentionis, prouisio ab ordinario competere non potest; quia dum reservatio non probatur, habet præsumptionem. Qui autem iuri præsumptionem habet, sic habet suam intentionem fundatam, ut transferat in aduersarium etiam possidentem eum probandi. Courteau lib. 2. var. cap. 6. num. 1. Mascal. quest. 17. à num. 6. Alcazar de præsumpt. 3. p. num. 2. Pacian. tract. de probat. lib. 1. cap. 12. Menoch de præsumpt. lib. 11. quest. 33. à num. 2. Garcia sub. num. 30. Imo ita habet suam intentionem fundatam ut ab eius dimicari non possit, dum ei aliqua exceptio plene probata non obicitur, ut relato Bart. Ripa, & alii tradit ipsi semet Gonzalez gloss. 11. num. 47. Possessio autem huius prouisi Apostolici non est exceptio ad eius prouisum ab ordinario, quia est illegitime accepta & quia habet contra se iuris præsumptionem. Ad remedium concedo in easu dubio, & cum patrum sunt iura obscura, fauendum esse potius re quo quam actor, & possidenti, quam carenti possessione. At in praesenti neque est casus dubius, neque partium iura sunt obscura. Nam est dubium sit, & obscurum, an beneficium mense Apostolico, an ordinario vacauerit, at non est dubium, neque obscurum ordinario competeat eius prouisionem, dum non appetet mense Apostolico vacare, neque etiam est dubium, aut obscurum Pontifici non competeat eius prouisionem iure reservationis, dum non appetet reservatio.

## S. III.

Quas limitationes ultra supradicta limitationem mensum dicta reg. 8. patiatur.

1 Hæc reservatio limitatur, ut solum habeat locum pro vita Pontificis.

2 Non extenditur hæc reservatio ad beneficia vacanta in curia.

3 Neque extenditur ad beneficia alias reservata, quidquid dicit Garcia.

4 Reservantur beneficia vacantis quocunque modo alias quam per resignationem.

5 De qua resignatione regula loquatur.

6 Sub resignatione intelligitur permittatio.

7 Quodlibet mense resigne potes beneficium, vel permittare in manibus ordinarii,

8 Quodcumque ius in supradictis beneficis habebas, conservetur reservatum.

1 NOn solum hæc regula adstringit reservationem pro mensibus octo, sed etiam pro vita ipsius Pontificis, pro locis extra curiam, & per vacationem modo ad resignationem distincti quidem dicit. Postfex omnia supradicta beneficia reservare videntur ad suæ voluntatis beneplacitum extra Romanam curiam alias quam per resignationem quomodolibet vacatura, ad colationem. Præsentationem, electionem, & quamvis aliæ dispositionem quocumque collatorum.

Ex quibus verbis constat hanc reservationem solum pro vita Pontificis durare, quia scilicet durante eius vita, statim eius reservatio potest, nisi gratior est rescriptum in eis. Et ibi gloss. l. 4. ff. lector. Cour. lib. 3. var. c. 1. à num. 2. Mol. de Hispan. primogen. lib. 2. c. 2. à num. 4. Mol. Iesuita de inst. r. 2. disp. 198. Et r. 5. disp. 20. num. 5. Thom. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 18 à num. 49. Gonzalez ad reg. 8. Gancell. s. 5. proem. à num. 8. Et gloss. 12. à n. 1. Garcia s. par. de benef. cap. 1. à 643.

2 Secundo constat non extendi hanc reservationem ad beneficia vacanta in curia, & merito quia hæc reservata erant

reservatione fortiori, & efficaciori in corpore iuris clausa. c. 2. de præbendis 6. Non igitur indigebant haec regulæ reservatione.

3 An vero extendatur ad beneficia alias reservata. Affirmat Garcia. s. p. de benef. c. 1. sub num. 540. ea motus ratione, quia haec regula solum excipit beneficia vacanta in curia; hoc est apud fedem, iuxta cap. licet de præbend. m. 6. reliqua vero reservata propriæ non vacante in curia, sed impropter, quatenus à curia prouidentur. Par. decif. 36. lib. 2. à n. 1. Ergo cadunt sub hac reservatione.

Contrarium mihi probabilius videtur cum Gonzalez reg. 8. Cancell. gloss. 1. à num. 5. Petrus decif. 25. lib. 3. Quia haec regula solum reservat beneficia, quæ alias ordinarii prouident poterant. Tum quia ad octo menses reservationem limitat, & quatuor liberos ordinariis relinquit, quod in beneficiis reservatis nequam locum habere potest: horum enim prouisio est omni tempore ordinariis interdicta: quia omni tempore reservata sunt. Tum quia loquens regula de alternativa episcopis concessa, expressè dicit esse pro beneficiis alias dispositioni Apostolica non reservari, vel auct. ergo. Ergo de eisdem beneficiis procedere debebat reservatio, ut via pars regula cum alia convenientiam haberet. Tum quia in supradicta regula caetur impetrantem à sede Apostolica aliquod beneficium vacans in mense apostolico, ac proinde ex vi huius regulae reservatum debere mensiōnem facere mense vacationis, ne ordinario praesidetur in collatione. Sed in beneficiis alias reservatis (est videntur in mense Apostolico) non est necesse huius mensis facere mentionem, ut expressè tradit Petrus decif. 25. lib. 3. Mandof. de signature grat. sit de prouis. vers. an autem in impræratione. Rota decif. 12. lib. 1. par. 3. divers. Garcia s. p. c. 1. num. 666. Ergo regula hæc de beneficiis alias reservatis non loquitur. Neque obstat quod hæc beneficia alias reservata proprie non vacent in curia, seu apud fedem; quia non omnia, quæ extra curiam vacant, haec regula reservantur, sed ea tantum quæ alias ordinariis collatoribus competere poterant quia hæc regula ad restinguendam ordinariorum potestacum expedita fuit, ut constat ex eius proemio.

4 Tertiò infertur reservari beneficia quocunque modo vacatura, alias quam per resignationem. Vnde si vacent per exitum, sive per incompatibilitatem, sive alio quovis modo excepto per resignationem, sub haec reservationem comprehenduntur, sic Gonzalez gloss. 1. 5. num. 1. & 2. Garcia de benef. s. p. c. 1. num. 547. Barbola 3. par. de potest. episc. alleg. 57. num. 195. Et procedit regula non solum in vacatione de iure, & de facto, de quo non est dubium, cum tunc plene beneficium vacet, sed etiam in vacatione de iure tantum, aut de facto tantum: Garcia, Barbola, & Gonzalez, Supra rot. 5. 1. Et quidem quando de iure vacat beneficium, verè vacare dicitur: si quidem amittitur ius plenum, & perfectum, quod in beneficio habebatur, cap. 5. gr. 1. & 2. Et cap. 5. tibi absent. verl. licet ibi ius in ipso beneficio, ut tuum dici possit. de præbendis in 6. cap. 1. unico iuncta gloss. verbo obtinendis, de eo qui mittitur in possessionem in 6. regul. ben. fictio de reg. iuris in 6. & est expressus textus in Clem. 5. §. neuro ut lite pendente. & tradit, pluribus exhortat Gonzalez gloss. 15. §. 1. à num. 14. Barbola alleg. 57. num. 95. Garcia s. p. de benef. cap. 1. num. 548. Si autem se solo factu beneficium vacat, etiam verè vacare dicitur, satis eruditè probat Gonzalez 42. & seqq. ea præcipue ratione, quia possesso ius in beneficio confert, & dominium illius præsumere facit, dum contumaciam non probatur, quod non leviter colligunt ex Clem. 5. §. quod si unum ut lite pendente, ybi ad iudicandum an in curia vel extra, beneficium vacauerit, spectatur vacatio per possessionem illius.

5 Excipiunt vacatio per resignationem. Sed de qua resignatione intelligatur, detacita, an de expresta; de simplici an conditionali, dubium est. Expressam resignationem voco, quæ verbis expressis fit, ut si beneficium à te habitum in manus superioris relinquit ab illo prouidentum. Tacitum appello, quæ ex te factis iure ipso inducitur, ut secundum beneficium obtineas cum primo habito incompatible, si contrahas matrimonium, si professionem in religione approbatæ emitas; si militare nomen dederis, &c. iis, & alii modis de quibus laet Flamin de resign. lib. 1. quest. 1. à num. 9. & seqq. tacite cœleris beneficio habitu renunciare. Simplex vero resignationem est, quæ purè simpliciter & abfice villa conditione sit. Conditionalis, quæ sub aliqua conditione sit, ut si resignes beneficium ea conditione, ut P. tro conferatur reservata aliqua pensione, vel non reservata. Flamin de resign. lib. 1. quest. 2. per rotam.

Et quidem supradictam reg. 8. Canceliariz solum excipere resignationem exprestam, & non tacitam pro certo affirmandum est cum Gonzalez gloss. 14. num. 65. Garcia s. p. de benef. c. 1. num. 544. eo quod resignatione tacita non est proprie resignatione, sed beneficij habitu amissio à iure inducta & verba legiis non debent abiisse manifesta ratione ad impropria significationes declinari. Sed an excipiatur resignationem exprestam, simplicem, aut conditionalem, an vitramque? non ita certum est. Vitramque resignationem excipere affirmat Gonzalez gloss. 14. num. 29. ea motus ratione, quia generaliter, & indistincte lo-